

tum accubabant. Qui quum regis verbis ¹, quæ attulerant, dedissent, ille, præter vitulina ² et hujusmodi genera obsoni quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas ³ secundamque mensam ⁴ servis dispertit; cetera referri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam contempserunt, quòd eum ignorantia ⁵ bonarum rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. Hic quum ex Ægypto reverteretur, donatus a rege Nectanabide ⁶ ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret, venissetque in portum qui *Menelai* ⁷ vocatur, jacens inter Cyrenas ⁸ et Ægyptum, in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quòd Spartam facilius perferre possent, quòd mel ⁹ non habebant, cerà circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.

¹ *Regis verbis*. En nombre, de parte del rey.

² *Vitulina*. Becerros.

³ *Unguenta, coronas*. Usaban los Egipcios en los convites de unguentos y de coronas.

⁴ *Secundamque mensam*. Los antiguos llamaban segunda mesa á los manjares mas delicados que se servian á lo último. *Secunda mensa* en nuestro castellano significa propiamente los postres.

⁵ *Ignorantiâ*. Por no saber distinguir.

⁶ *Nectanabide*. Régulo de Egipto, sobrino de Taco.

⁷ *Menelai*. Puerto de Menelas, en Africa.

⁸ *Cyrenas*. Ciudad de Libia, en Africa.

⁹ *Mel*. Los Lacedemonios usaban de miel para lo que llamamos embalsamar los cuerpos.

XVIII.

EUMENES,
CARDIENSE.

CAPÍTULO I.

Eumenes primeramente secretario de Filipo y de su hijo Alejandro, y despues promovido á mandar un cuerpo de caballería.

Eumenes, Cardianus. Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major [fuisset], sed multò illustrior atque honoratior; quòd magnos homines virtute metimur, non fortunâ. Nam, quum ætas ejus incidisset in ea tempora quibus Macedones florent, multum ei detraxit inter hos viventi, quòd alienæ erat civitatis ¹; neque aliud huic defuit, quàm generosa stirps ². Etsi enim ille domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indignè ferebant; neque tamen non patiebantur: vincebat enim omnes curâ ³, vigilantia, patientia, calliditate et celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi ⁴, Amyntæ

¹ *Quòd alienæ erat civitatis*. Por ser extranjero. Era Eumenes natural de Cardia, ciudad de la Tracia.

² *Generosa stirps*. El descender de una de las casas ilustres de aquel reino.

³ *Curâ*. Aplicacion.

⁴ *Philippi*. Padre de Alejandro Magno.

fili, brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis⁴. Itaque eum habuit ad manum, scribæ loco: quod multò apud Graios honorificentius est quàm apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur; at apud illos contrariò nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, et fide et industriâ cognitâ, quòd necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitia apud Philippum annos septem. Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tempore, præfuit etiam alteri equitum alæ, quæ *Heterice*² appellabatur. Utrique autem et in consilio semper adfuit, et omnium rerum habitus est particeps.

CAPÍTULO II.

Despues de la muerte de Alejandro, Eumenes obtiene el gobierno de la Capadocia y abraza el partido de Perdiccas.

Alexandro Babylone mortuo, quum regna singulis familiaribus dispartirentur, et summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum dederat, Perdiccæ (ex quo omnes conjecerant, eum regnum ei commendasse, quoad liberi ejus in

⁴ *Indoles virtutis*. Arranques de valor.

² *Heterice*. Nombre de un cuerpo de caballeria. Esta voz significa *compañera*. Llamábase así esta tropa de caballeria, porque siempre acompañaba al rey, y parece que es la que ahora llamamos *Guardias de corps*.

suam tutelam pervenissent⁴: aberant enim Craterus et Antipater, qui antecedere hunc videbantur; mortuus erat Hephæstio, quem unum Alexander, quod facillè intelligi posset, plurimi fecerat); hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potiùs dicta²; nam tum in hostium erat potestate. Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, quòd in homine fidem et industriam magnam videbat; non dubitans, si eum pellexisset³, magno usui fore sibi in his rebus quas apparabat: cogitabat enim (quod ferè omnes in magnis imperiis concupiscunt) omnium partes corripere atque complecti. Neque verò hoc ille solus fecit, sed ceteri quoquè omnes qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus Macedoniam præoccupare destinaverat. Is multis magnisque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Quum perducere eum non posset, interficere conatus est; et fecisset, nisi ille clam noctu ex præsidiis⁴ ejus effugisset.

CAPÍTULO III.

Perdiccas opone Eumenes á sus enemigos de Europa. Estratagema con la cual obliga á sus tropas á medir las armas con los Macedonios, á pesar del terror que estos inspiraban.

Interim conflata sunt illa bella, quæ ad internecio-

⁴ *In suam tutelam pervenissent*. Hubiesen salido de la menor edad.

² *Dicta*. Destinada.

³ *Si eum pellexisset*. Si lo traia á su partido.

⁴ *Ex præsidiis*. De entre las guardias que le tenia puestas.

nem, post Alexandri mortem, gesta sunt, omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. Quem etsi infirmum videbat, quòd unus resistere omnibus cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis quàm fidei fuit cupidior. Præfecerat eum Perdicas ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum, et illum unum opposuerat europæis adversariis¹; ipse Ægyptum oppugnatum adversus Ptolemæum² erat profectus. Eumenes quum neque magnas copias, neque firmas haberet, quòd inexercitatus et non multò antè erant contractæ; adventare autem dicerentur, Hellespontumque transiisse Antipater et Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri quum claritate, tum usu belli præstantes (macedones verò milites eâ tum erant famâ, quâ nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi qui summam imperii potirentur³); Eumenes intelligebat, si copiæ suæ cognoscerent adversus quos ducerentur, non modò non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit

¹ *Europæis adversariis.* A los que Perdicas tenia en Europa. Estos eran, entre otros, Antipatro y Cratero.

² *Ptolemæum.* El primer Ptolomeo, rey de Egipto. Aporeròse de Egipto despues de la muerte de Alejandro, cuyo soldado raso habia sido á los principios.

³ *Etenim semper habiti sunt fortissimi qui summam imperii potirentur.* Siempre han sido tenidos por mas valerosos aquellos en cuyas manos estaba el señorío universal. Alude Nepote en esta reflexion al imperio de los Persas y al de los Macedonios, que ya se habian acabado, y al de los Romanos, que estaba en su auje.

prudētissimum consilium, ut devīs itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent, et his persuaderet se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum, et prius in aciem exercitum eduxit⁴, præliumque commisit, quàm milites sui scirent cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud, locorum præoccupatione, ut equitatu potiùs dimicaret, quò plus valebat, quàm peditatu, quo erat deterior⁵.

CAPÍTULO IV.

Eumenes triunfa de Neoptolemo en un singular combate: exequias que manda hacer á Cratero. (Año 4 de la olimpiada cxiv, 321 antes de J. C.)

Quorum acerrimo concursu⁶ quum magnam partem diei esset pugnatum, cadit Craterus dux, et Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrat ipse Eumenes⁷; qui quum, inter se complexi⁸, in terram ex equis decidissent, ut facilè intelligi posset inimicâ mente contendisse, animoque⁹ magis etiam pugnassem quàm corpore⁷,

⁴ *Eduxit.* Sacó el ejército en órden de batalla.

⁵ *Deterior.* Menos fuerte.

⁶ *Quorum acerrimo concursu.* Habiendo dado el ataque con mucho ardor la caballería.

⁷ *Cum hoc concurrat ipse Eumenes.* Eumenes mismo cierra con este último.

⁸ *Inter se complexi.* Agarrándose uno á otro.

⁹ *Animo.* Rabia, coraje.

⁷ *Corpore.* Fuerzas.

non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur; neque eo magis ex praelio excessit, sed acrius hostibus institit. Ille, equilibus profligatis, interfecto duce Cratero¹, multis praeterea et maximè nobilibus captis, pedester exercitus, quòd in ea loca erat deductus, ut invito Eumene² elabi³ non posset, pacem ab illo petiit. Quam quum impetrasset, in fide non mansit; et se, simul ac potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semianimem elatum recreare studuit⁴. Quum id non posset, pro hominis dignitate, proque pristinà amicitia (namque illo usus erat, Alexandro vivo, familiariter), amplo funere extulit⁵, ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

CAPÍTULO V.

Eumenes, condenado por Antipatro, vencido y estrechado por Antigono, se escapa por medio de una estratagemata.

Hæc dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum⁶ interficitur a Seleuco et Antigono, rerumque summa ad Antipatrum defertur.

¹ *Interfecto duce Cratero.* Habiendo quedado Cratero entre los muertos. La palabra *interfecto* no se ha de tomar con todo rigor.

² *Invito Eumene.* Mientras Eumenes les hiciese frente.

³ *Elabi.* Retirarse.

⁴ *Recreare studuit.* Deseó poner en cura.

⁵ *Amplio funere extulit.* Le hizo magnificas exequias.

⁶ *Nilum.* Rio bien conocido en Egipto.

Hic, qui deseruerant¹, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur; in his Eumenes. Hac ille percussus plagà², non succubuit, neque eò seciùs bellum administravit³. Sed exiles res⁴ animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen minuebant. Hunc persequens Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret, sæpe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat, nisi his locis quibus pauci multis possent resistere. Sed extremo tempore, quum consilio capi non posset, multitudine circumventus est. Hinc⁵ tamen, multis suis amissis, se expedivit; et in castellum Phrygiæ, quod *Nora* appellatur, confugit. In quo quum circum sederetur, et vereretur ne, uno loco manens⁶, equos militares perderet, quòd spatium non esset agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum stans jumentum calefieri exerceri que posset, quò libentiùs et cibo uteretur, et a corporis motu non removeretur⁷. Substringebat caput loro⁸ altiùs quam ut prioribus pedibus planè terram posset attingere: deinde post⁹ verberibus cogebat exsul-

¹ *Qui deseruerant.* Los que habian dejado de seguir el partido de Seleuco y Antigono, y en especial el de Antipatro.

² *Plagà.* Golpe.

³ *Bellum administravit.* Tuvo el mando.

⁴ *Exiles res.* La flaqueza de fuerzas, la poca tropa.

⁵ *Hinc.* De este apuro.

⁶ *Uno loco manens.* Sin moverse de un puesto.

⁷ *Non removeretur.* No perdiesen el sitio en que estaba cada caballo.

⁸ *Loro.* Con el cabezon.

⁹ *Post.* Por las ancas.

tare¹ et calces remittere²: qui motus non minùs sudorem excutiebat, quàm si in spatio³ decurreret. Quo factum est (quod omnibus mirabile est visum) ut jumenta æquè nitida⁴ ex castello educeret, quum complures menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione⁵, quotiescumque voluit, et apparatus et munitiones⁶ Antigoni aliàs incendit, aliàs disjecit. Tenuit autem se uno loco, quamdiu fuit hiems; sed quòd castrum subsidia habere non poterat, et ver appropinquabat, simulatà deditione, dum de conditionibus tractat, præfectis Antigoni imposuit, seque ac suos omnes⁷ extraxit incolumes.

CAPÍTULO VI.

Eumenes toma las armas por Olimpias y los hijos de Alejandro.

Ad hunc Olympias, mater quæ fuerat Alexandri, quum litteras et nuntios misisset in Asiam, consultum utrùm repetitum Macedoniam veniret (nam tum in Epiro habitabat) et eas res occuparet⁸: huic ille primùm suasit ne se moveret, et exspectaret quoad

¹ *Exsultare*. Empinarsè.

² *Calces remittere*. Volver á bajar las manos; tirar coces.

³ *In spatio*. En un picadero, en una plaza.

⁴ *Jumenta æquè nitida*. Los caballos tan lucidos.

⁵ *In hac conclusione*. En este encierro.

⁶ *Apparatum et munitiones*. Los trabajos y fortificaciones.

⁷ *Suos omnes*. Toda su guarnicion.

⁸ *Eas res occuparet*. Tomaria posesion del reino, como regente en nombre de su nieto.

Alexandri filius¹ regnum adipisceretur: sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur, et in neminem acerbiorè imperio uteretur. Horum nihil ea fecit: nam et in Macedoniam profecta est, et ibi crudelissimè se gessit. Petiit autem ab Eumene absente, ne pateretur Philippi domùs et familiæ inimicissimis stirpem quoquè interimere, ferretque opem liberis Alexandri. Quam veniam si sibi daret², quàm primùm exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quòd faciliùs faceret, se omnibus præfectis, qui in officio manebant, misisse litteras ut ei parerent, ejusque consiliis uterentur. His rebus Eumenes permotus, satius duxit, si ita tulisset fortuna³, perire bene meritis referentem gratiam⁴, quàm ingratum vivere.

CAPÍTULO VII.

Eumenes se prepara para hacer la guerra contra Antigono. Medios por los que se esfuerza en probar á todos que no ejerce el poder sino en nombre de Alejandro. (Año 2 de la olimpiada cxv, 319 antes de J. C.)

Itaque copias contraxit; bellum adversùs Antigonum comparavit. Quòd unà erant Macedones com-

¹ *Alexandri filius*. Llamado tambien Alejandro, segun la mas probable opinion.

² *Quam veniam si sibi daret*. Que si venia en ello.

³ *Si ita tulisset fortuna*. Si llegase el caso.

⁴ *Bene meritis referentem gratiam*. Pagando los beneficios recibidos.

plures nobiles (in his Peucestes¹, qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem²; et Antigenes³, cuius sub imperio phalanx erat Macedonum), invidiam verens, quam tamen effugere non potuit, si potius ipse alienigena summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo, in principii⁴ nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate iussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur, credens minore se in invidia fore, si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri⁵, bellum videretur administrare. Quod et fecit: nam, quum non ad Eumenes principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodam modo latebat⁶, quum tamen per eum unum omnia gererentur.

¹ *Peucestes*. Uno de los de la guardia de corps de Alejandro.

² *Obtinebat Persidem*. Gobernaba la Persia.

³ *Antigenes*. Jefe ó coronel de la falange macedonia.

⁴ *In principiiis*. En la plaza de armas, ó dentro de los reales. Llámase *principia* el puesto desde donde se tiran las líneas para el campamento.

⁵ *Si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri*. Aparentando que mandaba Alejandro, y usando de su nombre.

⁶ *Quodam modo latebat*. En cierto modo no era él quien sonaba.

CAPÍTULO VIII.

Eumenes, vencedor de Antígono, halla oposicion en la insubordinacion de los veteranos. (Año 3 de la olimpiada cxv, 318 antes de J. C.)

Hic in Parætacis¹ cum Antigono confligit, non acie instructâ, sed in itinere², eumque malè acceptum³ in Mediam hiematum coegit redire. Ipse in finitima regione Persidis hiematum copias divisit, non ut voluit, sed ut militum cogeat voluntas. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveteratâ quum gloriâ, tum etiam licentiâ, non parere se ducibus, sed imperare postulabat, ut nunc veterani faciunt nostri. Itaque periculum est ne faciant quod illi fecerunt suâ intemperantiâ⁴ nimiâque licentiâ, ut omnia perdant⁵, neque minùs eos cum quibus steterint⁶, quàm adversùs quos fecerint. Quòd si quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoscat; neque rem ullam, nisi tempus, interesse iudicet. Sed ad illos revertar. Hiberna sumpserant, non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam⁷; longèque inter se discesserant. Hoc Antigonus quum comperisset, in-

¹ *In Parætacis*. País entre la Media y la Persia.

² *In itinere*. Sobre la marcha.

³ *Malè acceptum*. Habiéndole maltrato.

⁴ *Suâ intemperantiâ*. Por su falta de disciplina.

⁵ *Perdant*. Destruyan.

⁶ *Cum quibus steterint*. A los amigos, ó aliados.

⁷ *Ad ipsorum luxuriam*. Para vivir con mas ensanche.

telligeretque se parem non esse paratis¹ adversariis, statuit aliquid sibi novi consilii esse capiendum. Duæ erant viæ, quæ ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset perveniri. Quarum brevior per loca deserta, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam; ceterum dierum erat ferè decem. Illa autem, quæ omnes commeabant, altero tantò longiorem habebat anfractum², sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. Hæc si proficisceretur, intelligebat prius adversarios rescituros de suo adventu, quàm ipse tertiam partem confecisset itineris: sin per loca sola contenderet, sperabat se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam, imperavit quàm plurimos utres atque etiam culleos³ parari; post hæc pabulum; præterea cibaria cocta decem dierum⁴; utque quàm minimè fieret ignis in castris. Iter, quod habebat, omnes celat.

CAPÍTULO IX.

Eumenes con una estratagemata burla à sus enemigos.

Sic paratus, quæ constituerat, proficiscitur. Dimidium ferè spatium confecerat, quum ex fumo castrorum ejus suspicio allata est ad Eumenem, hostem appropinquare. Conveniunt duces; quæritur quid opus sit facto. Intelligebant omnes, tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quàm Antigonus

¹ *Paratis*. Estando apercebidos.

² *Anfractum*. Rodeo.

³ *Culleos*. Sacos pequeños.

⁴ *Cibaria cocta decem dierum*. Racion para diez días.

adfuturus videbatur. Hic, omnibus titubantibus, et de rebus summis desperantibus¹, Eumenes ait: « si celeritatem velint adhibere, et imperata facere, quod antè non fecerint, se rem expediturum². Nam, quòd diebus quinque hostis transisse posset, se effecturum ut non minùs totidem dierum spatio retardaretur: quare circumirent, suas quisque copias contraheret. » Ad Antigoni autem refrenandum impetum, tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos montes³, qui obvii erant⁴ itineri adversariorum; hjsque præcipit, ut primà nocte, quàm latissimè possint, ignes faciant quàm maximos, atque hos secundà vigilià minuant; tertià perexiguos reddant; et, assumulatà castrorum consuetudine, suspicionem injiciant hostibus his locis esse castra, ac de eorum adventu esse prænuntiatum; idemque posterà nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter præceptum curant. Antigonus, tenebris obortis⁵, ignes conspiciatur: credit de suo adventu esse auditum, et adversarios illuc suas contraxisse copias. Mutat consilium; et, quoniam imprudentes adoriri non posset, flectit iter suum, et illum anfractum longiorem copiosæ viæ capit; ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quò integriore exercitu decerneret⁶.

¹ *De rebus summis desperantibus*. Dándolo todo por perdido.

² *Se rem expediturum*. Que él los sacaria del lance.

³ *Ad infimos montes*. A las faldas de los montes.

⁴ *Qui obvii erant*. Que estaban en frente, de cara.

⁵ *Tenebris obortis*. Luego que anocheció.

⁶ *Decerneret*. Para poder pelear.

CÁPÍTULO X.

Eumenes es vendido por los suyos; el vencido hace poner preso al vencedor.

Sic Eumenes callidum imperatorem vicit consilio, celeritatemque impeditit ejus: neque tamen multum profecit. Nam invidiã ducum cum quibus erat, perfidiãque militum macedonum veteranorum, quum superior prælio discessisset, Antigono est deditus; quum exercitus ei ter antè, separatis temporibus¹, jurasset se eum defensurum, nec unquam deserturum. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio², ut fidem amittere mallent, quàm eum non prodere. Atque hunc Antigonus, quum ei fuisset infestissimus, conservasset, si per suos esset licitum, quòd ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant³ enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus, opibus jam valentes, cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt ii qui circà erant, quòd videbant, Eumene recepto⁴, omnes præ illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus⁵, ut, nisi magnã spe maximarum rerum⁶, leniri non posset.

¹ *Separatis temporibus.* En distintos tiempos.

² *Virtutis obtrectatio.* Envidia del valor de Eumenes.

³ *Imminebant.* Estaban ya para dar contra Antigono.

⁴ *Eumene recepto.* Si Eumenes entraba en el servicio de Antigono.

⁵ *Adeo erat incensus.* Estaba tan irritado contra Eumenes.

⁶ *Nisi magnã spe maximarum rerum.* Solo con una esperanza muy fundada de que Eumenes le haria los mas señalados servicios.

CAPÍTULO XI.

Eumenes aguarda con impaciencia la pena que ha de sufrir.

Itaque quum eum in custodiam dedisset, et præfectus custodum¹ quæsisset quemadmodum servari vellet: « Ut acerrimum, inquit, leonem, aut ferocissimum elephantum. » Nondum enim statuerat, conservaret eum, necne. Veniebat autem ad Eumenum utrumque genus hominum², et qui, propter odium, fructum oculis ex ejus casu capere velent³, et qui, propter veterem amicitiam, colloqui consolarique cuperent; multi etiam qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset⁴, quem tamdiu tamque valde timuissent, cujus in pernecie positam spem habuissent victoriæ. At Eumenes, quum diutiùs in vinculis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodiæ, « Se mirari quare jam tertium » diem sic teneretur. Non enim hoc convenire Antigoni prudentiæ, ut sic deuteretur victo⁵. Quin, » aut interfici, aut missum fieri juberet. » Hic quum ferociùs Onomarcho loqui videretur: « Quid? tu, » inquit, animo si isto eras, cur non in prælio ceci-

¹ *Præfectus custodum.* El jefe á cuya órden se guardaban los prisioneros ó presos.

² *Utrumque genus hominum.* Dos especies ó clases de personas.

³ *Fructum oculis ex ejus casu capere velent.* Por tener el placer de apacentar sus ojos con la vista de su desgracia.

⁴ *Qualis esset.* Y saber qué hombre era aquel.

⁵ *Ut sic deuteretur victo.* Que abusase así, que tratase así al vencido.

» disti potiùs, quàm in potestatem inimici ventres? » Huic Eumenes : « Utinam quidem istud evenisset! » inquit; sed eò non accidit, quòd nunquam cum » fortiore sum congressus¹ : non enim cum quo- » quam arma contuli, quin is mihi succubuerit. » Non enim virtute hostium, sed amicorum per- » fidià, decidi². » Neque id falsum.... Nam et digni- » tate fuit honestà³, et viribus ad laborem ferendum firmis; neque tam magno corpore quàm figurà venustà.

CAPÍTULO XII.

Se da la muerte á Eumenes despues de habérsele hecho padecer hambre. (Año 4º. de lá olimpiada cxvi, 516 antes de J. C.)

De hoc Antigonus, quum solus constituere non auderet, ad consilium retulit. Hic, quum plerique omnes primò perturbati⁴ admirarentur non jam de eo sumptum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent malè habitì⁵, ut sæpe ad desperationem forent adducti, quique maximos duces interfecisset; denique in quo uno esset tantùm⁶, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto, nihil habituri

¹ Quòd nunquam cum fortiore sum congressus. Porque nunca he venido á las manos con quien fuese mas valiente que yo.

² Decidi. Me veo en este estado.

³ Dignitate fuit honestà. Su presencia fué respetosa.

⁴ Perturbati. Alterados.

⁵ Malè habitì. Habian recibido tantos daños.

⁶ In quo uno esset tantùm. El cual solo era tan de temer.

negotii essent; postremò, si illi redderet salutem, quærebant quibus amicis esset usurus; sese enim cum Eumene apud eum non futuros : hic, cognitâ consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, quum jam vereretur ne qua seditio exercitûs oriretur, venit ad eum quemquam admitti, et quotidianum victum amoveri jussit. Nam negabat se ei vim allaturum¹, qui aliquando fuisset amicus. Hic tamen non ampliùs quàm triduum fame fatigatus, quum castra moverentur, insciente Antigono, jugulatus est a custodibus.

CAPÍTULO XIII.

Viviendo Eumenes, nadie tomó el dictado de rey. Funerales que se le hicieron.

Sic Eumenes annorum quinque et quadraginta, quum ab anno vicesimo, ut suprâ ostendimus, septem annos Philippo apparuisset², et tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuisset, in his³ uni equitum alæ præfuisset; post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset; captus non Antigoni virtute, sed Macedonum perjurio, talem habuit exitum vitæ. In quo quanta fuerit omnium opinio eorum qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati, ex hoc facillimè potest judicari, quòd

¹ Negabat se ei vim allaturum. Decia que no queria deramar la sangre de aquel.

² Apparuisset. Habiendo servido.

³ In his. En estos mismos trece años.

nemo, Eumene vivo, rex appellatus est, sed præfectus. Iidem, post hujus occasum, statim regium ornatum nomenque sumpserunt; neque, quod initio prædicarant, se Alexandri liberis regnum servare, præstare voluerunt, et, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt¹ Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto funere², comitante toto exercitu, humaverunt; ossaque ejus in Cappadociam ad matrem, atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

XIX.

FOCION,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Focion, hombre de bien y pobre. Rehusa los regalos que se le ofrecen.

Phocion, Atheniensis. Elsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus cepit³, tamen multo

¹ *Hujus sceleris principes fuerunt.* Los que mas se precipitaron en el delito de declararse por reyes.

² *Militari honesto funere.* Con los honores militares que correspondian.

³ *Cepit.* Obtuvo.

ejus notior integritas est vitæ, quàm rei militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla; illius autem magna fama: ex quo cognomine *Bonus* est appellatus. Fuit enim perpetuò pauper, quum ditissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesque summas⁴ quæ ei a populo dabantur. Hic quum a rege Philippo² munera magnæ pecuniæ repudiaret, legati que hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his faciliè careret³, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summâ paupertate tantam paternam tueri gloriam; his ille: « Si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus » illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin » dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum » ali augerique luxuriam⁴. »

CAPÍTULO II.

En su vejez Focion incurre en el odio de sus conciudadanos por haber tratado de entregar Atenas á Antipatro. Nicanor se apodera del puerto Pireo.

Idem quum prope ad annum octogesimum prosperâ pervenisset fortunâ, extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primò, quòd cum

⁴ *Potestatesque summas.* Y los mas altos empleos.

² *Philippo.* Padre de Alejandro.

³ *Si ipse his faciliè careret.* Si él se pasaba fácilmente sin ellos.

⁴ *Illorum ali augerique luxuriam.* Que se mantenga y crezca su fausto.